THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Hall, 4. Jahrzehnt 15. Jh. (u.a. 1431, 1432 und nach 1438) und 1396/97

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35262
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten

uarium nota quod in tempore feriatum possunt contrahi spo
salia et etiam matrimonium quod solo consensu contrahitur
sed traductio uxoris nuptiarum solempnitas et carnalis copu
la prohibentur Et nota quod tempus feriatum est ab
aduentu domini usque ad octauas epiphanie et a lxx usque ad
octauas pasche et tribus diebus ante ascensionem usque
ad octauas penthecostes et de hoc habentur versus Al-
piciens vetetum contum qui bis benedicta Non licet hic licet
hic hic non licet hic licet hic non De interdicto ecclesie

Quia interdictum ecclesie istud firmiter tenendum est quod
quando aliquibus prohibetur contrahere cum ali
qua vel quia forte dicitur consanguinea esse eius
vel affinis vel forte sponsa alterius non debet contra
here sed si contrahant nisi aliud impedimentum nisi inter
dictum ecclesie impediat possunt simul manere et non sunt
separandi nisi ad tempus ut agant penitentiam quia mandatum
ecclesie contempserunt et ita sunt intelligendi omnes Canones
qui dicunt eos esse separandos quia exponendum non est
simpliciter sed ad tempus Sane et diuersa circa matrimoni
a eueniunt Statutum fuit in concilio generali ut cum matrimonia
fuerint contrahenda in ecclesiis a presbiteris publice proponantur
competenti termino prefinito ut infra illud qui voluit et valuit
legitimum impedimentum opponat Et ipsi presbiteri nichilominus
investigent utrum aliquod impedimentum obsistat Cum autem
apparuerit probabilis coniectura contra matrimonium contrahendum
contractus prohibeatur expresse donec quid sit faciendum
super manifestis apparuerit seu constiterit documentis
Si autem parochialis sacerdos istud facere contempserit vel
quilibet regularis qui clandestino matrimonio interfuer
it per triennium ab officio suspendatur grauius puniendus
si culpe qualitas postulauerit Sed et hiis qui taliter
copulari presumpserint etiam in gradu concesso condigna
penitentia iniungatur Si quis autem contra matrimonium ma
liciose impedimenta obicit potest penitentiam quam debet agere
de paruo Canonica non debet effugere ultione Et istud op
time obseruatur in ecclesiis gallicanis ubi per tres dies